251

4146.

VOTA GRATULATORIA,

quibus

DOMINO

FRIDERICO VVILHELMO

BIERLINGIO, Magdeburgenſi,

DOMINO

JOACHIMO CHRISTOPHORO

STOERIO, Svinfurtenſi,

DOMINO

JOHANNI SCHELGVIGIO,

Gedanenſi,

nec non

DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO

FERBERO,

Cygneo, Phil. ac B. A. Baccalaureis

cum 25. die Januar 1694.

in Academia Lipſienſi

Summi in Philoſophia honores ipſis conferrentur,

acclamare volebant

COMMENSALES.

LIPSIÆ,

Literis ANDREÆ ZEIDLERI.

250

SI vere loquitur, nunquam niſi vera locutus:
Quod membri unius cætera tangat honor,
Dicite Pierides! Quid gaudia noſtra moretur,
Jubila quid ſolitis ſplendidiora vetet.
Non unum noſtro de corpore, non duo membra,
Non tria, ſed quatuor lux hodierna beat.
Cernimus, ut lauro *Bierling Störitusque* niteſcant,
Ferber item referat *Schelgvigiusque* decus.
Dum quatuor nobis conſurrexere *Magiſtri*,
Quis dubitet, nos quin Muſa *magiſter* amet?
Cinge triumphalis noſtras quoq; laurea frontes
Lætitiæ certas exhibitura notas.
Ut pateat, noſtri quæ ſit concordia cœtus,
Quisque ſibi alterius commoda nata putet.

Non

Non hic per veſtras, *charisſima Pectora*, laudes
Ibimus, ipſarum Lipſia teſtis adeſt.
Et posſet forſan laus illa domeſtica dici,
Quæ nihil, aut minimum publica vota juvet.
Malumus hinc taciti veſtros celebrare triumphos,
Ut tamen hæc nobis libera vota fluant:
Surgite vivaci proles aquilina volatu,
Ite alacres, quò non omnibus ire licet!
Quæ lux luminibus veſtris impervia, cum vos
Lux noſtri SOLIS quotidiana probet.
CARPZOVIO placuiſſe ſat eſt, hoc Judice victor,
Strenuus ad quodvis inde tribunal eat.
Hunc quia virtutes veſtræ meruere *Patronum*,
Omnis erit vobis conciliatus amor.
Ergo reportatis ſolidè gaudete triumphis,
Fortunæque citos continuate gradus.
Ne feriant veſtros contraria fulmina lauros,
Sed radiis animet gratia Dia ſuis.

Ut

Ut largos olim metat hinc Eccleſia fructus,
Veſtraque ceu fragrans fama redundet odor.
Et ſi communis, velut omnia, laurus amicis,
Noſtra hinc floreſcant gaudia, veſter honos.

VOTA GRATULATORIA,

quibus

DOMINO

FRIDERICO [illegible] MO

BIERLINGIO [illegible]

DOM[illegible]

JOACHIMO CH[illegible] ORO

STOERIO, [illegible]

DOM[illegible]

JOHANNI SC[illegible] GIO,

Gedan[illegible]

nec no[illegible]

DOMI[illegible]

FRIDERICO [illegible] TO

FERB[illegible]

Cygneo, Phil. ac [illegible]

cum 25. die [illegible]

in Academi[illegible]

Summi in Philoſophia hon[illegible],

acclamare [illegible]

COMMEN[illegible]

LIP[illegible]

Literis ANDRE[illegible]